



Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniæ Agrippinæ, 1714

Dubium III. Quid sit depositio & degradatio, à quo & ob quam causam fieri possit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42682

916
tatur , exprimere , non parti sed Superiori deli-
ctum & causam suspensionis .

D U B I U M III.

408. Quid sit depositio & degradatio , à quo & ob quam
causam ferri possit .

Subjici solent suspensioni . Depositio & De-
gradatio (etsi censuræ non sint , ut dictum
est c. 1.) ob similitudinem , quam habent cum
suspensione , cum utraque sit ab Ecclesiastico
Ordine , aut Beneficio : Differunt autem à su-
spensione , quod illæ auferant ipsum jus radica-
le & titulum Beneficii ; idque in perpetuum , si
spenſio non item . Porro depositio genericè ac-
ceptra , alia est verbalis , quæ absolute deposi-
tio dicitur : alia Realis , quæ dici solet degra-
datio .

» Resp. I. Degradatio est privatio executionis
officiorum & beneficiorum simpliciter & in
toto , & absque spe restitutionis , facta cum certa
solemnitate , & privatione privilegii Clericalis ,
tam Canonis , quam fori , ita ut sacerdotali curia
subdatur .

» Dixi , Executionis : quia ordo ipse non potest
tolli . Interim degradatus tenetur ad votum ca-
stitatis , si fuit in sacris , & ad Horas , nisi has
forte poena , ad quam damnatur , v.g. triremes ,
vel aliud impedit .

» Resp. II. Depositio Verbalis est similis pri-
vatio , sed sine solemnitate dicta , & relicto u-
troque privilegio , Canonis & fori .

» Resp. III. Clerici possunt degradari à suo B-
ispiscopo , sed non ab inferioribus illo : deponi-
tamen possunt ab eodem per Vicarium .

» Resp. IV. Depositio fieri potest in casibus jure
ex-

expressis, & delictis, non tamen nisi gravioribus arbitrio judicis. Ubi notat Laym. crimen debere esse enorme, id est, unum ex maximis. Degradatio similiter fieri potest in casibus tam gravissimis, quales sunt v. g. crimen haeresis manifestum, falsatio literarum Apostolorum, sodomia frequentata, gravis calumnia proprio Episcopo irrogata. V. Laym. hic cap. 5. & fil. t. 18. cap. 8.

A D D E N D A.

Q Uest. 48. Quid præterea circa ista sit notandum. 409.

Q uod Rarò hæc servire possunt ad praxin: & de illis bene ac breviter habent Cistrop. d. 4. pu. ult. Dicast. f. 6. Quomodo servandi sint gradus pœnarum, antequam Clericus criminosus degradetur & tradatur potestati sacerulari, videri potest Pignat. tom. 7. conf. 33. An autem damnandi ad tritemes debeant priùs degradari saltem verhaliter, examinat tom. 8. conf. 91.

C A P U T IV.

De interdicto.

410.

D U B I U M I.

Quid sit & quotplex.

R Esp. I. Est censura ecclesiastica prohibens divinorum officiorum, Sacramentorum aliquorum, & ecclesiasticae sepulturæ usum, quatenus talis est; Quod addo, quia excommunicatio eodem privat, quatenus est communio cum fidelibus: suspensio vero propriè non illum usum, sed exercitium potestatis Ecclasticae impedit. V. Lay. l. 1. t. 5. p. 4. c. 1. Bon. d. 5. p. 1.

M m m 3

Resp.